MISSALE DIOECESIS SALISBURGENSIS
Augsburg, um 1480/1500
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8446
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Nuncabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesie laudabo te. Et iterum. Ego sum vitis vera. Et iterum. Et ego et pater quos dedit michi diuis. Quia ergo pueri communicauerunt carni et sanguini, et ipse similiter participauit eisdem, ut per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium id est diabolum. et liberaret eos qui timore mortis tota vita obnoxii erant seruitutis. Nusquam enim angelos apprehendit, sed semen abrahe apprehendit. Vnde debuit per omnia fratribus assimilari ut misericors fieret et fidelis pontifex ad deum, ut repropitiaret delicta populi. Quia enim in quo passus est, et eis qui tentantur auxiliari. Vnde fratres sancti vocationis celestis participes considerate apostolum et pontificem confessionis nostre iesum xpm dnm nrm.

Nullo t. Dixit dominus. s. S. Johem. s. Si manseritis in me et verba mea in vobis manserint quodcumque volueritis petetis et fiet vobis. In hoc clarificatus est pr meus ut fructum plurimum afferatis, et efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pr. et ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si precepta mea seruauerit manebitis in dilectione mea. sicut et ego pris mei precepta seruauit et maneo meus in dilectione. Hec locutus sum vobis, ut gaudium meum in vobis sit et gaudium vestrum impleatur. Ifia vj. Ad corinthios.

Fratres. Vnusquisque in qua vocatione vocatus est ibi p maneat. Seruus vocatus es non sit tibi cure. sed si liber potes fieri magis utere. Qui enim in domino vocatus est seruus. liberatus e dni. Similiter qui liber vocatus e, seruus est xpi. Pretio emti estis, nolite fieri serui homi. Vnusquisque in quo vocatus est frat. in hoc p maneat apud deum.

Nullo t. Dixit dominus. s. S. Johem. s. Qui credit in me non in me credit, sed in eum qui misit me, Et qui videt me: videt eum qui misit me. Ego lux in mundum veni, ut omnis qui credit in me in tenebris non maneat. Et si quis audierit verba mea, et non custodierit ea, ego non iudico eum, Non enim veni ut iudicem mundum, sed ut saluificem mundum. Qui spernit me et non accipit verba mea: habet qui iudicet eum. Sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die, quia ego ex meipso non sum locutus, sed qui misit me pr. Ipse michi mandatum dedit: quid dicam et quid loquar. Et scio quia mandatum eius vita eterna est. Que ergo ego loquor. sicut dixit michi pr. sic loquor. Sabbato sancto pentecj. antequam lectio legatur. Oratio.